# ANALECTA
# POETICA
## *GRÆCA, LATINA.*

SIVE

Χρεωγωγία facilis, ſententioſa, monoſticha, hexametra, pentametra, ad mores & utramq; linguam; unáque ad ſyllabarum in utrâq; quantitatem.

*Ex veteribus Poëtis.*

*OR,*

## Capping in VERSES,
*Greeke* and *Latine.*

Being a collection of Verſes out of ancient Poëts; each of which is a compleat period; and either in it ſelfe, or proverbially, a morall ſentence.

Adjectæ ſunt

*GEMMÆ CICERONIANÆ:*

Voces ſcil. Phraſeolæque elegantiores, quæ hinc illinc in ſcriptis *Ciceronianis* lucent.

*Printed by* H. H. *for the Author.* 1643.

BODLEIANA

Literæ in fine versuum appositæ, Poëtarum, unde desumpti, notæ sunt, & Indices. Atque sic explicantur.

## POETÆ

| Latini. | Græci. |
|---|---|
| A. *Ausonius.* | α *Anthologia.* |
| B. *Boëtius.* | β *Bion.* |
| C. *Catullus.* | ε *Hesiodus.* |
| Cg. *Cor. Gallus.* | θ *Theognis.* |
| Cl. *Claudianus.* | μ. *Moschus.* |
| Ct. *Cato.* | ν *Musæus.* |
| E. *Ennius.* | ο *Homerus.* |
| H. *Horatius.* | ϖ *Pythagoras.* |
| I. *Juvenalis.* | ρ *Rhianus.* |
| L. *Lucanus.* | *Solon.* |
| Lr. *Lucretius.* | *Simonides.* |
| M. *Martialis.* | *Theocritus.* |
| Mn. *Manilius.* | *Phocylides.* |
| O. *Ovidius.* | ω *Orpheus.* |
| P. *Persius.* | |
| Pr. *Propertius.* | |
| Pt. *Pet: Arbiter.* | |
| R. *Rutilius.* | |
| S. *Sil. Italicus.* | |
| St. *P. Statius.* | |
| T. *Tibullus.* | |
| V. *Virgilius.* | |

BIBLIOTHECA BODLEIANA

# A.

A Jove principium Muſæ; Jovis omnia plena. V
A cane non magno ſæpe tenetur aper. O

Acer amor Deus eſt; fœtas domat ille leænas.
Adde, quod eſt ſenibus rerum prudentia major.
Addidit invalidæ robur facundia cauſæ. L
Adjuvat in bello pacatæ ramus olivæ. O
Admonui quoties, auro ne pollue famam. T
Ad populum phaleras, ego te intus, & in cute novi. P
Adveniet juſtum pugnæ, ne accerſite tempus. V
Adverſis etenim frangi non eſſe virorum. S
Æger enim traxi contagia corpore mentis. O
Æolus in clauſo ventorum carcere regnet. V
Æquârint Pylios cum tua fata dies: O
Æqua Venus, Teucris, Pallas iniqua fuit.
Æquo animo pœnam, qui meruere ferunt.
Æquo animóque capis ſecuram, ſtulte, quietem? Lr.
Æſtuat infelix anguſto limite mundi. I
Æſtuat occultis animus, ſempérque tacendis.
Ætatis cujuſque notandi ſunt tibi mores. M
Æternas quoniam pœnas in morte timendum. Lr.

Affluit incautis insidiosus amor. O
Agricolam laudat juris, legumque peritus. H
Ah! crudele genus, nec fidum fœmina nomen; } T
Ah! pereat, didicit fallere siqua virum. }
A Jove percussus non leve vulnus habet.
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. V
Alta Cleonæo quærenda est fama labore. A
Alterius non sit, qui suus esse potest. O
Alter rixatur de lanâ sæpe caprinâ. H
An dubium est habitare Deum sub pectore nostro? Mn.
An nescis longas regibus esse manus? O
Annus agit certâ lucida signa vice. T
Annus in apricis maturat collibus uvas.
An quisquam ingenuas etiam nunc suscipit artes? } O
Aut tenerum dotes carmen habere putat? }
An quisquam in mediis persolvit vota procellis? Pr
An semel est pœnam commeruisse parum? O
Ante fores stantem dubitas admittere famam? M
Antiquíque memor metuit sublimia casus. O
Apparet virtus, arguitúrque malis.
Arbitrii nostri non est, quid quisque loquatur. C
Arcanum demens detegit ebrietas. V
Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam. H
Ardua molimur, sed nulla nisi ardua vincunt. O
Ardua per præceps gloria, vadit iter.
Ardua quippe fides robustos exigit annos. L
Ardua res hæc est, opibus non tradere mores. M
Ardua sollicitis victoria quæritur armis. O
Aretina nimis ne spernas vasa monemus. M
Argento præferre caput, rebúsque salutem. I
Armáque in armatos sumere jura sinunt. O
Ars tua, Tiphy, jacet, si non sit in æquore fluctus.
Arte levis currus, arte regendus amor.
Artibus ingenuis quæsita est gloria multis?

Artibus

Artibus innumeris mens oppugnatur amantum.
Aſperitas odium, ſæváque bella movet.
Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in altum. Cl.
Aſpice uti cœlo modò ſol, modò luna miniſtret. Pr.
Aſpicis ut veniant ad candida tecta columbæ:
Accipiat nullas ſordida turris aves. O
Aſſiduæ multis odium peperere querelæ. Pr.
Aſſimilémque ſui longâ aſſuetudine fecit. O
Aſtutam vapido ſervas ſub pectore vulpem. P
At caret inſidiis hominum, quia mitis hirundo eſt. O
At nunc barbaria eſt grandis habere nihil.
At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier, Hic eſt. H
Atque animos molli contudit arte feros. O
Atque ipſa utilitas juſti propè mater & æqui eſt. O
Atqui nec divis homines componier æquum eſt. C
At ſimul intonuit, fugiunt; nec noſcitur ulli,
Agminibus comitum qui modò cinctus erat. O
At ſi tardus eris, errabis; tranſiet ætas. T
Attenuant vigiles corpus miſerabile curæ. O
At timor officio fungi vetat ipſe quieto.
At tu ne dubita, minuit vindicta dolorem.
At vindicta bonum vitâ jucundius ipſâ. P
Audaces fortuna juvat, timidóſque repellit. V
Audendum eſt, fortes adjuvat ipſe Deus. O
Augeſcunt aliæ gentes, aliæ minuuntur. Lr.
Auro pulſa fides, auro venalia jura;
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor. Pr.
Aurum omnes, victâ jam pietate, colunt.

## B.

BAcchus amat colles; Aquilonem & frigora taxi. V
Bacchus & adflictis requiem mortalibus adfert. T

Barba viros, hirtæque decent in corpore setæ. O
Bella gerant fortes; tu Pari semper ama.
Bellum sæpè parit ferus exitiale Cupido. V
Blanda patrum segnes facit indulgentia natos. O
Blanda truces animos fertur molliſſe voluptas.

## C.

CAndida pax homines, trux decet ira feras. O
Candor in hoc ævo res intermortua penè est.
Canescunt turpi tecta relicta situ.
Cantabit vacuus coram latrone viator. I
Carcere dicuntur clausi sperare salutem. O
Carmina jam moriens canit exequialia cycnus.
Carmina laudantur, sed munera magna petuntur.
Carmina proveniunt animo deducta sereno.
Carmina quam tribuunt, fama perennis erit.
Carmina secessum scribentis & otia quærunt.
Carmine fit vivax virtus, expérsque sepulchri.
Carpite de plenis pendentes vitibus uvas.
Casta placent superis, purâ cum veste venite. T
Causa jubet melior superos sperare secundos. L
Causa patrocinio non bona major erit. O
Cedamus; leve fit, quod benè fertur onus.
Cedant carminibus reges, regúmque triumphi: }
Cedat & auriferi ripa beata Tagi. }
Cede repugnanti; cedendo victor abibis. O
Cedit amor rebus; res age, tutus eris.
Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus.
Certa quidem finis vitæ mortalibus adstat. Lr.
Certè difficile est abscondere pectoris æstus. Cg.
Certè plus animi debet inesse viris. O
Clodius accusat mœchos; Catilina Cethegos. P

Cœlum,

Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt. H
Cognatum, fratrémque cave, fidúmque ſodalem. O
Compedibus Venerem, vinclis aſtringe Lyæum. V
Confugit interdum templi violator ad aram. O
Conſule queis ætas longa magiſtra fuit.
Contemnunt ſpinam, cum cecidere roſæ.
Conteritur ferrum, ſilices tenuantur ab uſu.
Continuis vexata madet vindemia nimbis. M
Contrahe de multis, grandis acervus erit. O
Contrectata diu crimina crimen habent. Cg.
Contudit ingenium patientia longa malorùm. O
Conveniens homini eſt hominem ſervare voluptas.
Corpora debentur ſtructis exanguia buſtis.
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtrâſſe leoni.
Crede mihi, miſeris cœleſtia numina parcunt.
Crede mihi miſeros prudentia prima relinquit.
Credite ; credenti nulla procella nocet.
Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. I
Creverunt & opes, & opum furioſa cupido. O
Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors. H
Cum culpent alios, nemo ſine crimine vivit. Cr.
Cum feriant unum, non unum fulmina terrent. O
Cùm fortuna manet, vultum ſervatis amici ;
Cum cecidit, turpi vertitis ora fugâ.
Cùm fortuna fidem quærat, vix invenit uſquam. Mn.
Cùm tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum ? H
Cuncta poteſt igitur tacito pede lapſa vetuſtas. O
Cunctáque fortuna rimam faciente dehiſcunt.
Cuncta trahit ſecum, vertítque volubile tempus. Cg.
Cura ducum fuerant olim, regúmque poëtæ. O
Cura quoque interdum nullâ medicabilis arte.
Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores.
Cur neſcire pudens pravè, quàm diſcere malo? H

Cur opus affectas, ambitiose, novum ? O

## D.

Danda est hellebori multo pars maxima avaris. H
Dantur opes nullis nunc, nisi divitibus. M
Da requiem, requietus ager benè credita reddit. O
Dat veniam corvis, vexat censura columbas. I
Dedecus est semper sumere, nilque dare. M
Delectant etiam castas præconia formæ. O
Denique cœlesti sumus omnes semine oriundi. Lr.
Desine fata Deûm flecti sperare precando. V
Dicite Pierides, non omnia possumus omnes.
Dicite Pontifices, in sacro quid facit aurum ? P
Differ; habent parvæ commoda magna moræ. O
Difficile est fateor; sed tendit in ardua virtus.
Difficile est tristi fingere mente jocum. T
Dilige jure bonos, & miserescе malis. B
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est. O
Dimidium facti qui bene cœpit, habet.
Discе bonas artes, moneo, Romana juventus. L
Discite quàm parvo liceat producere vitam.
Discite justitiam moniti, & non temnere divos. V
Diversos diversa juvant, non remorante die. Cg.
Divitiæ grandes homini sunt vivere parcè. Lr.
Divitis ad manes nil feret umbra suos. O
Ducunt instabiles sidera certa rates. T
Dulcis inexpertis cultura potentis amici. H
Dum desunt hostes, desit quoque causa triumphi. O
Dum furor in cursu est, currenti cede furori.
Dum licet, & spirent flamina, navis eat.
Dum licet, injusto subtrahe colla jugo. Pr.
Dummodò sit dives, barbarus ille placet. O

Dum

Dum novus eſt, cœpto potiùs pugnemus amori
Dum ſpectant læſos oculi, læduntur & ipſi.
Dum vires annique ſinunt, tolerate labores.
Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt. H
Dura tamen molli ſaxa cavantur aquâ.
Durate, & rebus voſmet ſervate ſecundis. V
Durius in terris nihil eſt quod vivat amante.

## E.

EBrietas ut vera nocet, ſic ficta juvabit. O
Ecce patrem nati perimunt, natóſque parentes. Mn.
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Effugit hybernas demiſſa antenna procellas.
Effugiunt ſtructos nomen, honóſque rogos.
Eheu! quàm levibus pereunt ingentia cauſis? Cl.
Elevat aſſiduos copia longa viros. Pr.
Eminet indicio prodita flamma ſuo. O
Enervant animos cytharæ, cantúſque lyræque,
Et vox, & numeris brachia mota ſuis.
Enumerat miles vulnera, paſtor oves. Pr.
Ergo ne pietas ſit victa cupidine ventris? O
Ergo ſollicitæ tu cauſa pecunia vitæ es. Pr.
Eripit interdum, modò dat medicina ſalutem. O
Errat, & in nullâ ſede moratur amor. pr.
Errat, qui finem veſani quærit amoris.
Eſſe bonam facile eſt, ubi quod vetat eſſe, remotum eſt. O
Eſſe ſolent magno damna minora bono.
Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.
Eſt aliquid fatale malum per verba levare.
Eſt aliquid patriis vicinum finibus eſſe.
Eſt Deus. Ignavis precibus fortuna repugnat.
Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.

Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cœli.
Eſt etiam miſeris pietas, & in hoſte probatur.
Eſt etiam placuiſſe ſibi quæcunque voluptas.
Eſte procul lites, & amaræ prœlia linguæ.
Eſt inter Tanaim quiddam, ſocerúmque Viſelli.
Eſt merito pietas homini tutiſſima virtus. V
Eſt mihi ſupplicii cauſa fuiſſe piam. O
Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines. H
Eſtque Dei ſedes niſi terra, & pontus, & aer, } L
Et cœlum, & virtus? Superos quid quærimus ultra? }
Eſtque pati pœnam, quàm meruiſſe minus. O
Eſtque pudicitiæ rara & concordia formæ. I
Eſt aliquid prodire tenus, ſi non datur ultra. H
Eſt quoque cunctarum novitas gratiſſima rerum. O
Eſt virtus placidis abſtinuiſſe bonis.
Et celer admiſſis labitur annus equis.
Et certam præſens vix habet hora fidem.
Et cum poſſideant plurima, plura petunt.
Et data non apto tempore vina nocent.
Et dominum mundi flectere vota ſolent.
Et faciles motus mens generoſa capit.
Et fœcunda facit pectora laudis amor.
Et fugit interea, fugit irreparabile tempus. V
Et fugiunt, freno non remorante, dies. O
Et genus, & virtus, niſi cum re vilior algâ eſt. H
Et lachrimæ proſunt, lachrimis adamanta movebis. O
Et Lapithas bello perdis, Iacche, gravi. V
Et majeſtatem res data dantis habet. O
Et mea nunc pœnas impia lingua luit. T
Et memorem famam, qui bene geſſit, habet. O
Et metus ille foras præceps Acherontis agendus. Lr.
Et mihi res, non me rebus ſubmittere conor. H
Et minimæ vires frangere quaſſa valent.
Et miſeros cum re conſiliúmque fugit.

Et

Et neglecta solent incendia sumere vires. H
Et non sentitur sedulitate labor. O
Et nunquam queruli causa doloris abest.
Et pace & bello cunctis stat terminus ævi. S
Et potis es vitio nigrum præfigere Theta. P
Et pudor, & probitas, & metus omnis abest. V
Et pueri nasum Rhinocerotis habent. M
Et quâcunque potes dote placere, place. O
Et quamcunque viam dederit fortuna sequamur. V
Et quibus in solo vivendi causa palato est. I
Et quis non causas mille doloris habet? O
Et redit in nihilum, quod fuit ante nihil.
Et regum magnæ despiciantur opes. T
Et rerum dominus nil cupiendo fui. Cg.
Et res non semper, spes mihi semper adest. O
Et ruit in vetitum damni secura libido. Cl.
Et semel emissum volat irreparabile verbum. H
Et sua plus justo carmina quisque probat. O
Et subito casu, quæ valuere ruunt.
Et tibi, crede mihi, tempora veris erunt!
Et tibi jam venient cani, formose, capilli.
Eventus varios res nova semper habet. Cg.
Excitat auditor studium, laudatáque virtus. O
Exemplúmque Dei, quisque est in imagine parvâ. Mn.
Exiguum colito, laudato ingentia rura. V
Eximia est virtus præstare silentia rebus. O
Expertus dico, nemo est in amore fidelis. Pr.
Expletur lachrymis, egeritúrque dolor. O
Ex tacito vultu scire futura licet.

## F.

FAc monitis fugias otia prima meis. O

Fœcundi calices quem non fecere disertum ? H
Fœdera mortales, ne sævo rumpite ferro. S
Fallit enim vitium specie virtutis & umbrâ. O
Fallitur augurio spes bona sæpe suo.
Fama est fictilibus cœnâsse Agathoclea regem. A
Fama malum, quo non aliud velocius ullum. V
Fastidire tamen noli, Ruffine, minores. M
Fastus inest pulchris, sequitúrque superbia formam. O
Fata regunt orbem, certâ stant omnia lege. Mn.
Felix, qui patitur, quæ numerare potest. O
Felix, qui potuit rerum cognoscere causas. V
Felix, qui propriis ævum transegit in arvis. Cl.
Fer cœco auxilium, & fessis da surgere rebus. S
Ferreus assiduo consumitur annulus usu. O
Fervet avaritiâ, miserâque cupidine pectus. H
Fervida vicino flamma vapore nocet. O
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Fine coli modico forma virilis amat.
Flamma recens parvâ sparsa resedit aquâ.
Flamma rogi flammas finiet una meas.
Flebile principium melior fortuna secuta est. O
Flectitur iratus, voce rogante, Deus.
Flumina magna vides parvis de fontibus orta.
Forma bonum fragile est, quantúmq; accedit ad annos
Fit minor, & spacio carpitur ipsa suo. }
Formæ non ullam fata dedere moram. T
Fortiáque adversis opponite pectora rebus. H
Fortiter ille facit, qui miser esse potest. M
Fortuna arbitriis tempus dispensat ubique. O
Fortuna omnipotens, & inductabile fatum. V
Frangit, & attollit vires in milite causa. Pr.
Fraus absit, vacuas cædis habete manus. O
Fructibus assiduis lassa senescit humus.

## G.

GAudia, florentéſque manu ſcidit Atropos annos. *Sr.*
Gaudia principium noſtri ſunt ſæpe doloris. *O*
Grandæváque negant ducere aratra boves. *Pr.*
Grandibus accedunt tempore damna malis. *O*
Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur hora. *H*
Gratia fallacis prætoris vicerit urnam. *I*
Gratia pro rebus meritò debetur inemptis. *O*
Gratia ab officio, quod mora tardat, abeſt.
Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus.
Gratiùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ.
Gutta cavat lapidem; conſumitur annulus uſu.
Gutta cavat lapidem non vi, ſed ſæpe cadendo.

## H.

HAud ullas portabis opes Acherontis ad undas. *Pr.*
Hectora donavit Priamo prece motus Achilles. *O*
Hectora quis nôſſet, felix ſi Troja fuiſſet?
Hei mei! non multum carmen honoris habet.
Heu male nunc artes miſeras hæc ſecula tractant! *T*
Heu mihi quod nullis amor eſt medicabilis herbis! *O*
Heu nihil invitis quenquam fas fidere divis! *V*
Heu quàm difficile eſt crimen non prodere vultu? *O*
Heu quantum miſero pœnæ mens conſcia donat! *L*
Hoc peperit miſero garrula lingua malum. *T*
Horáque non ulli ſimilis producitur horæ. *Mn.*

## I.

| | |
|---|---|
| IAm magis atque magis præceps agit omnia fatum. | *L* |
| Jam veniet tacito curva ſenecta pede. | *O* |
| Ibimus, Immenſis urnam quatit Æacus umbris. | *St.* |
| Jejunus ſtomachus rarò vulgaria temnit. | *H* |
| Iliacos intra muros peccatur, & extra. | |
| Ille crucem ſceleris precium tulit, hic diadema. | *Iu.* |
| Ille dolet verè, qui ſine teſte dolet. | *M.* |
| Ille ſapit, quiſquis, Poſthume, vixit heri. | |
| Illud, quod medium eſt, atque inter utrunq; probatur. | *M* |
| Imminet exitio vir conjugis, illa mariti. | *O* |
| Imperat, aut ſervit collecta pecunia cuique. | *H* |
| Impia ſub dulci melle venena latent. | *O* |
| Implentur numeris deteriora ſuis. | |
| Improba Cecropias offendit pica querelas. | *M* |
| Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis? | *V* |
| Improbius nihil eſt, hîc Charopine, gulâ. | *M* |
| In cauſâ facili cuivis licet eſſe diſerto. | *O* |
| Incipe, ſi qua animo virtus, & conſere dextram. | *V* |
| In culpâ eſt animus, qui ſe non effugit unquam. | *H* |
| Incutiant aliena tibi peccata pudorem. | *H* |
| Indelibatas cuncta ſequuntur opes. | *O* |
| Induet infelix arma coacta dolor. | |
| Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ. | *V* |
| Inferior matrona ſuo ſit, Priſce, marito. | *M* |
| Infragilémque animum, qua potes, uſque tene. | *O* |
| Ingenii ſtimulos ſubdere fama ſolet. | |
| Ingenium quondam fuerat pretioſius auro. | |
| Ingenium magni livor detrectat Homeri. | |
| Injiciétque manus formæ damnoſa ſenectus. | |
| In populo ſcelus eſt, & abundant cuncta furore. | *Mn.* |
| In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores. | *O* |

In quibus est virtus, muliebrem tollite luctum. H
Inquinat egregios adjuncta superbia mores. Cl.
Insani sapiens nomen ferat, æquus iniqui. H
Insequere, & voti postmodò compos eris. O
Intempestivè qui monet, ille nocet.
Intempestivos igitur compesce furores.
Interdum doctâ plus valet arte malum.
Interdum lachrymæ pondera vocis habent.
Interdum vulgus rectum videt, aſt ubi peccat. H
Interest multum Davúſne loquatur, an heros. H
Interit assiduâ vomer aduncus humo. O
Inter utrumque volat dubius victoria pennis.
Intolerabilius nihil est, quam fœmina dives. I
Intrat amor mentes usu, dediscitur usu. O
Invidiam placare paras virtute relictâ. H
Invidiam quod habet, non solet esse diu. Pr.
Invidus alterius rebus macrescit opimis. H
In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.
Invitum qui servat, idem facit occidenti.
Invocat iratos & sibi quisque Deos. O
Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces. S
Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu. O
Ipsa vices natura subit, variátque recursus. L
Ipse alimenta sibi maxima præbet amor. Pr.
Ipse jubet mortis te meminisse Deus. M
Irus & est subitò, qui modò Crœsus erat. O
Ista decens facies longis vitiabitur annis.
Judice me, fraus est concessa repellere fraudem.
Judicibus lites, aurigæ somnia currus. Cl.
Jupiter est quodcunque vides, quocunque moveris. L.
Jura inventa metu injusti fateare necesse est. H
Jura senes nôrint, & quid liceátque, nefásque. O
Jure venit cultos ad sibi quisque Deos.
Jurgia, præcipuè vino stimulata, caveto.

Jussa

Jussa time, neu præceptis parere recusa. V

## L.

LAbitur occultè, fallítque volubilis ætas. O
Lacte, mero veteres usi narrantur & herbis.
Lætius est quoties magno sibi constet honestum. L
Lætus sorte tuâ vives sapienter, Aristi. H
Laudamus veteres, sed nostris utimur annis. O
Laudatas ostentat avis Junonia pennas.
Laudat venales, qui vult extrudere, merces. H
Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus extat. Cl.
Lenis alit flammas, grandior aura necat. O
Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum.
Libertatis amor, miserum quid decipis orbem? L
Lis est cum formâ magna pudicitiæ. O
Lite fugant nuptæque viros, nuptásque mariti.
Littore quot conchæ, tot sunt in amore dolores.
Livor iners vitium, mores non exit in altos.
Longa dies homini docuit parere leones; } T
Longa dies molli saxa peredit aquâ. }
Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt. O
Longiùs aut propiùs mors sua quemque manet. Pr.
Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. I
Luce sacrâ requiescat humus, requiescat arator. T
Lucra petens habili tauros adjungit aratro.
Ludit in humanis divina potentia rebus. O
Ludus enim genuit trepidum certamen & iram. H
Luxuriæ nimium libera facta via est. Pr.
Luxuriant animi rebus plerúmque secundis. O

M.

## M.

| | |
|---|---|
| MActe novâ virtute puer, sic itur ad astra. | V |
| Magna fuit quondam capitis reverentia cani. | O |
| Magna repente ruunt, summa cadunt subitò. | Cl. |
| Magna tamen spes est in bonitate Dei. | C |
| Magnum iter ascendo; sed dat mihi gloria vires. | Pr. |
| Majus opus mores composuisse suos. | |
| Mane piger stertis? surge, inquit avaritia, Eja. | P |
| Marmora Mæonii vincunt monumenta libelli. | V |
| Maxima pars hominum morbo jactatur eodem. | H |
| Maxima quæque domus servis est plena superbis. | I |
| Membra reformidant mollem quoque saucia tactum. | O |
| Ménsque pati durum sustinet ægra nihil. | |
| Metiri se quemque suo modulo, & pede verum est. | |
| Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido. | |
| Mille mali species, mille salutis erunt. | |
| Mille modis lethi miseros mors una fatigat. | St. |
| Mistáque cum veris passim commenta vagantur. | O |
| Mitius est lasso digitum supponere mento, / Mergere quàm liquidis ora natantis aquis. | |
| Mitto, quod certum est, & inevitabile fatum. | Mn. |
| Mobile mutatur semper cum principe vulgus. | Cl. |
| Mobilis & varia est fermè natura malorum. | O |
| Mors etiam saxis, nominibúsque venit. | A |
| Mórsque minus pœnæ, quàm mora mortis habet. | O |
| Morum, quos fecit, præmia doctor habet. | |
| Multa cadunt inter calicem, supremáque labra. | V |
| Multa miser timeo, quia feci multa protervè. | O |
| Multa rogant utenda dari; data reddere nolunt. | H |
| Multum in amore fides, multum constantia prodest. | Pr. |
| Munera, crede mihi, placant hominésque Deósque. | |
| Munera sunt author quæ pretiosa facit. | |

Mutat enim mundi naturam totius ætas. *Lr.*

## N.

NAm fortuna suâ tempora lege gerit. *T*
Nam melius duo defendunt retinacula navem. *Pr.*
Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvas. *O*
Nam neque decipitur ratio, nec decipit unquam. *Mn.*
Namque in amore suo semper sua maxima cuique. *Pr.*
Nam quod emis possis dicere jure tuum. *M*
Nam tua res agitur paries cum proximus ardet. *H*
Nascentes morimur finisque ab origine pendet. *Mn.*
Naturæ sequitur semina quisque suæ. *Pr.*
Naturam expellas furcâ licet, usque recurret. *H*
Navita de ventis, de terris narrat arator.
Nec cito desisto, nec temere incipio. *Pr.*
Nec devitari lethum pote, quin obeamus. *Lr.*
Nec fera tempestas toto tamen errat in anno. *O*
Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram.
Nec me regna juvant, nec Lydius aurifer amnis. *T*
Nec mihi mors gravis est posituro morte dolores. *O*
Nec minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.
Nec mors humano subjacet arbitrio. *Cg.*
Nec quæ præteriit hora redire potest. *O*
Nec quæ præteriit rursum revocabitur unda.
Nec semper feriet quodcunque minabitur arcus. *H*
Nec semper violæ, nec semper lilia florent. *O*
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo. *L*
Nec sic de nihilo fulminis ira cadit. *Pr.*
Nec tamen indignum sit vobis cura placendi. *O*
Nec tardo venit curva senecta pede. *T*
Nec te pœniteat duros subjisse labores.
Nec tibi regnandi veniat tam dira libido. *V*

Nec

Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprendes. H
Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore. V
Nec verò terræ ferre omnes omnia poſſunt.
Neglectis urenda filix innaſcitur agris. H
Nemo adeò ferus eſt, ut non mitescere poſſit.
Nempe dat, & quodcunque libet fortuna rapítque. O
Nempe inamaresçunt epulæ ſine fine petitæ. H
Ne pereant turpi pectora noſtra ſitu. O
Neſcia mens hominis fati, ſortíſque futuræ. V
Neu pete tranſcriptos homini tranſcendere fines. Cl.
Nil niſi turpe juvat, curæ eſt ſua cuique voluptas. O
Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo.
Nil opus eſt bello; veniam pacémque rogamus.
Nil prodeſt, quod non lædere poſſit idem.
Nil ſatis eſt, inquit; tanti, quantum ipſe habeas, fis. H
Nitimur in vetitum ſemper, cupimúſque negata. O
Nocte latent mendæ, vitióque ignoſcitur omni.
Nomen amicitiæ barbara corda movet.
Nomen amicitiæ, nomen inane fides.
Nomen in æternum paucis mens ignea donat. S
Non benè cœleſtes impia dextra colit. O
Non benè cum ſociis regna Venúſque manent.
Non benè conducti vendunt perjuria teſtes.
Non bove mactato cœleſtia numina gaudent.
Non cuivis homini contingit adire Corinthum. H
Non datur ad Muſas currere lata via. Pr.
Non eadem eſt ratio curare, & cernere morbos. O
Non eſt certa fides, quam non injuria verſat. Pr.
Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere, vivam. M
Non eſt in medico ſemper relevetur ut æger. O
Non faciunt molles ad fera tela manus.
Non habet eventus ſordida præda bonos.
Non habet officium Lucifer omnis idem.
Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. V

Non metuunt leges, ſed cedit viribus æquum. O
Non naſci eſſe bonum, natum aut citò morte potiri. A
Non omnes arbuſta juvant, humiléſque myricæ. V
Non opibus mentes hominum, curæve levantur. T
Non poteris vultus effugere ipſe tuos. O
Non ſemper fluidis adopertus nubibus æther. L
Non vacat exiguis rebus adeſſe Jovi. O
Non venit ex molli vivida fama toro. A
Nos quoque floruimus, ſed erat flos ille caducus. O
Noviſtine locum potiorem rure beato? H
Nox, & amor, vinúmque nihil moderabile ſuadent. O
Nube ſolet pulſâ candidus ire dies.
Nudus ad infernas, ſtulta, vehere rates. Pr.
Nulla dies adeò eſt auſtralibus humida nimbis,
Non intermiſſis ut fluat imber aquis. } O
Nulla fides unquam miſeros elegit amicos. L
Nulláque res majus tempore robur habet. O
Nulla quidem de morte hominis cunctatio longa eſt. I
Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes. V
Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia; ſed te
Nos facimus, fortuna, Deam, cœlóque locamus. } I
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes. O
Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit. I
Nunquam te fallant animi ſub vulpe latentes. H
Nutritur vento, vento reſtringuitur ignis. O

## O.

OBſequium tigréſque domat, timidóſque leones. O
Occidit miſeros crambe repetita magiſtros. I
Ocia corpus alunt; animus quoque paſcitur illis. O
Ocia divitiis Arabum liberrima muto. H
Ocia ſi tollas, periere Cupidinis arcus. O

O curas

O curas hominum! quantum eſt in rebus inane? P
Oderunt hilarem triſtes, triſtéſque jocoſi. O
Oderunt peccare boni virtutis amore. H
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
Odimus accipitrem, quia vivit ſemper in armis. O
Odimus immodicos, experto credite, faſtus.
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?
O formoſe puer, nimium ne crede colori. V
O mihi præteritos referat ſi Jupiter annos!
O miſeras hominum mentes, ô pectora cæca! Lr.
O miſeri, quorum gaudia crimen habent! Cg.
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremam. H
Omne ſolum forti patria eſt, ut piſcibus æquor. O
Omne ſupervacuum pleno de pectore manat. H
Omne trahit ſecum Cæſaris ira malum. O
Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. H
Omnia ab infuſo numerantur amica Falerno. M
Omnia conando docilis ſolertia vincit. Mn.
Omnia poſt obitum fingit majora vetuſtas. Pr.
Omnia nam triſti tempora felle madent. T
Omnia non pariter rebus ſunt omnibus aptæ. Pr.
Omnia perverſæ poterunt corrumpere mentes. O
Omnia principiis, inquit, ineſſe ſolent.
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.
Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.
Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. V
O nullis tutum credere blanditiis! Pr.
Opprime, dum nova ſunt, ſubiti mala ſemina morbi. O
Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. H
Optima non ullo cauſa tuente perit. O
Optima prima ferè manibus rapiuntur avaris.
Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano. I
O rector Lybiæ, vigili ſtant bella magiſtro. S
Ortus cuncta ſuos repetunt, matrémque requirunt. O

O ſolâ

O solâ fortes garrulitate senes! Cg.
Ossa vides regum vacuis exhausta medullis. I

## P.

PAnditur ad nullas janua nigra preces. Pr.
Par ætas animos conciliare solet. Cg.
Parcere subjectis, & debellare superbos. V
Parcite paucorum diffundere crimen in omnes. O
Parcite quassatæ solvere membra ratis.
Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. H
Parva necat morsu spacioſum vipera taurum. O
Pascitur in vivis livor, post fata quiescit.
Passibus ambiguis fortuna volubilis errat. —
Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus. H
Pauperiem modico semper contentus amavi. Cg.
Pax ades, & toto mitis in orbe mane. O
Pax aluit vites, & succos condidit uvæ. T
Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres. O
Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.
Percontatorem fugito, nam garrulus idem est. H
Perge, decet; forsan miseros meliora sequentur. V
Pierides, pueri, doctos & amate poëtas. T
Placato possim non miser esse Deo. O
Placatur donis Jupiter ipse datis.
Ploratur lachrymis amissa pecunia veris. I
Pluma tegit volucres, ovibus sua lana decori est. O
Plurima sunt semper deteriora bonis.
Pluris opes nunc sunt, quam prisci temporis annis.
Plus valet humanis viribus ira Dei.
Pœna potest demi, culpa perennis erit.
Pœnituit multos vanæ, sterilisque cathedræ. I
Pollicitis dives quilibet esse potest. O

Præda

Præda feras acies cinxit discordibus armis. T
Principibus placuisse viris non ultima laus est. H
Prodiga non sentit pereuntem fœmina censum. I
Prona venit cupidis in sua vota fides. O
Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.
Proximus à tectis ignis defenditur ægrè.
Publica virtutis per mala facta via est.
Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.

## Q.

QUæcunque ex merito spes venit, æqua venit. O
Quæ dos matronis pulcherrima? vita pudica. A
Quælibet extinctos injuria suscitat ignes. O
Quælibet iratis arma dat ipse dolor
Quæ nimis apparent retia, vitat avis:
Quæ nocuere, sequor: fugio quæ profore credam. H
Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras,
Quo posita est primo tempore, virga fuit. O
Quæ venit ex tuto, minùs est accepta voluptas.
Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.
Quæ virtus, & quanta (boni!) sit vivere parvo? H
Quale sit id quod amas, celeri circumspice mente. O
Qualiacunque voles Judæi somnia vendent.
Quam jacet, infirmæ venere ubi fata senectæ,
Qui prior Eleo est carcere missus equus? T
Quamlibet infirmas adjuvat ira manus. O
Quàm malè inæquales veniunt ad aratra juvenci?
Quàm miser est, qui fert asperiora fide?
Quantum etenim distent à morte silentia vitæ? S
Quantum sola noces animis illapsa voluptas?
Quare, si sapis, oblatas ne defere messes. Pr.
Quas dederis, solas semper habebis opes. M

Quas

Quas geritis veſtes ſordida lana fuit. O
Quas homini noviſſe datum eſt, pax optima rerum. S
Quemquam poſſe putas mores narrâſſet futuros? M
Quem ſua culpa premit, deceptus omitte tueri. H
Quem taurum metuis, vitulum mulcere ſolebas. O
Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi. H
Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. V
Quicquid habet ortus, finem timet; ibimus omnes. St.
Quicquid ſub terra eſt in apricum proferat ætas. H
Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt. I
Qui dabit, ille tibi magno ſit major Homero? O
Quid de quoque viro, & cui dicas, ſæpè caveto. H
Quid faciant leges, ubi ſola pecunia regnat? Pt.
Quid meruere boves, animal ſine fraude, dolóque? O
Quid mihi divitiæ? quarum ſi dempſeris uſum,
Quamvis largus opum, ſemper egenus ero. } Cg.
Quid non longa dies, quid non conſumitis anni? M
Quid Pandioniæ reſtant niſi nomen Athenæ? O
Quid prudentis opus? cùm poſſet, nolle nocere;
Quid ſtulti proprium? non poſſe, & velle nocere. } A
Qui metuens vivit, liber mihi non erit unquam. H
Qui non eſt hodiè, cras minùs aptus erit. O
Qui rex eſt, regem, Maxime, non habeat. M
Quis dives? qui nil cupiet; quis pauper? avarus. A
Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes?
Quàm ferus, atque ferè ferreus ille fuit? } T
Quis furor eſt atram bellis accerſere mortem?
Quis furor eſt cenſus corpore ferre ſuos? O
Quis metus aut pudor eſt unquam properantis avari? I
Quiſquam igitur liber? ſapiens, ſibíque imperioſus. L
Quiſquis habet nummos, ſecurâ naviget aurâ. Pt.
Quiſquis ubique habitat, Maxime, nuſquam habitat. M
Qui ſua metitur pondera, ferre poteſt.
Quod caret alternâ requie durabile non eſt; O

Quod

Quod decuit reges, cur mihi turpe putem ?
Quò Deus, & quò dura vocat fortuna, ſequamur. V
Quod latet, ignotum eſt ; ignoti nulla cupido. O
Quod licet, ingratum eſt ; quod non licet, acriùs urit.
Quódque parùm novit, nemo docere poteſt.
Quódque potes vitium corporis abde tui.
Quod ſatis eſt, cui contingit ; nihil amplius optet. H
Quod ſequitur, fugio ; quod fugit, ipſe ſequor. O
Quod tegitur, majus creditur eſſe malum. M
Quò fortuna magis ſævit, magis ipſe reſiſtes. O
Quò mihi fortuna ſi non conceditur uti. H
Quò non ars penetrat? diſcunt lachrymare decenter. O
Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.
Quóque magis tegitur, tanto magis æſtuat ignis.
Quo quiſque eſt major, magis eſt placabilis ira.
Quos credis fidos, effuge ; tutus eris.

## R.

RAra fides hominum ; quia multi multa loquuntur. Cl.
Rara quidem eſt virtus, quam non fortuna gubernat. O
Rebus in anguſtis facile eſt contemnere vitam. M
Reddite depoſitum ; pietas ſua fœdera ſervet. O
Regia, crede mihi, res eſt ſuccurrere lapſis.
Regis ad exemplum totus componitur orbis. Cl.
Regna tenent fortes manibus, pedibúſque fugaces. O
Res eſt ſolliciti plena timoris amor.
Reſpice quid moneant leges, quid curia mandet. I
Reſpue quod non es, tollat ſua munera cerdo. P
Ridetur, chordâ qui ſemper oberrat eâdem. H
Romæ Tybur amo ventoſus, Tybure Romam!
Rumor, ut eſt velox, agitatis pervolat alis. O
Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum. H

Ruſſus

Rurſus amor patriæ ratione valentior omni. O

## S.

SAcculus è cœlo deſcendit, γνῶθι σεαυτον. I
Sæpè Jovis telo quercus adusta viret. O
Sæpè manus itidem Bacchus ad arma vocat. V
Sæpè perit ventis obruta cymba ſuis. O
Sæpè ſolent auro multa ſubeſſe mala. T
Sæpè tacens odii ſemina vultus habet. O
Sæpè tulit laſſis ſuccus amarus opem.
Sæpè venit magno fœnore tardus amor. Pr.
Sæpiùs incautæ nocuit victoria turbæ. Cl.
Sæva quid in placidis ſaxa vereris aquis? O
Sævit amor belli, ſcelerati inſania belli. V
Scilicet à ſpeculi ſumuntur imagine faſtus. O
Scilicet eſt aliquid cum ſævis vivere ventis.
Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſque ſuorum.
Scilicet exiguis prodeſt annoſa vetuſtas.
Scilicet ingenium placida mollitur ab arte.
Scilicet inſano nemo in amore videt. Pr.
Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis. O
Scilicet in vulgus manant exempla regentum. Cl.
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. V
Scire mori ſors prima vitis, ſed proxima cogi. L
Scire ſuos fines matrona & fœmina debet. M
Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. P
Scire volunt omnes, mercedem ſolvere nemo. I
Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes. H
Sed current albúſque dies, horæque ſerenæ. S
Sed domini mores Cæſarianus habet. M
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. V
Sed minor eſt acri laudis amore dolor. O

Sed

Sed mora tuta brevis; lenteſcunt tempore curæ.
Sed nimium properas, & adhuc tua meſſis in herba eſt.
Sed nos in vitium credula turba ſumus. O
Sed nunquam dederis ſpacioſum tempus in iram;
Sæpè ſimultates ira morata facit.
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans. I
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo. H
Sed quæ non proſunt ſingula, multa juvant. O
Sed quò fata trahunt, virtus ſecura ſequetur. L
Sed rigidum jus eſt, & inevitabile mortis. O
Sed ſatis eſt orâſſe Jovem, qui donat & aufert. H
Sed ſolet interdum fieri placabile numen. O
Sed taciti fecere tamen convicia vultus.
Sed tamen ut fuſo taurorum ſanguine centum;
Sic capitur minimo thuris honore Deus.
Segniùs irritant animos demiſſa per aurem. H
Semper avarus eget; certum voto pete finem.
Semper habe Pyladen aliquem, qui curet Oreſtem. O
Semper in aſſiduo motu res quæque geruntur. Lr.
Semper in augendâ feſtinat, & obruitur, re. H
Senſum à cœleſti demiſſum traximus arce. I
Sera nimis vita eſt craſtina, vive hodie, M
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus. T
Seriùs aut citiùs ſedem properamus ad unam. O
Serviet æternùm, qui parvo neſciet uti. M
Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtet.
Sic ne perdiderit, non ceſſat perdere luſor. O
Si damnoſa ſenem juvat alea, ludit & hæres. I
Si fas eſt, omnes pariter pereatis avari. Pr.
Si fortuna volet, fies de conſule rhetor;
Si volet hæc eadem, fies de rhetore conſul. I
Si malè rem gerere, inſani; contrà benè, ſani eſt. H
